



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ecclesiasticorvm Vita, Moribvs, Officiis Libri Tres**

**Schevichavius, Gisbertus**

**Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.**

Cap. CXXV. Qvinam Libri Potissimvm Clericis euoluendi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42349**

*QVINAM LIBRI POTISSIMVM  
Clericis euoluendi:*

§. **D**iuinorum scriptorum volumina diligentere  
euoluant. Tu, inquit, S. Paulus 2. Tim. 3. v.14.  
15. 16. vero permane in iis quæ didicisti (Euangelium & alia)  
S. Scriptu- & credite sunt tibi, sciens à quo (me Paulo Apostolo) didi-  
ræ lectio e- ceris, & quia ab infantia sacras literas nostri, quæ te possunt in-  
iusq; vtili- struere ad salutem per fidem quæ est in Christo Iesu. Omnis Scri-  
tas commē- ptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum (quæ saluta-  
datur. ria, quæ noxia) ad arguendum (errorem, fallitatem, hære-  
fin) ad corrigendum (malè cogitata, dicta, facta, consola-  
tionem, precationem, exhortationem, objurgationem) ad erudi-  
diendum in iustitia (fidei & operis) ut perfectus sit homo Dei  
(diuino obsequio deuotus) ad omne opus bonum instruendu-  
(ad se aliosq; juuandos). Si, inquit, hoc S. Chrys. loco Ti-  
moteo ista scribit, sancto Spiritu pleno, quanto magis nobis di-  
cta putare debemus?

§. Idem S. Chrys. hom. 48. in Matth. Audiamus igitur qui-  
cunq; Scripturarum lectionem negligimus, quantum damnum,  
quantam inopiam patiamur. Quando n. bona viuendi opera fa-  
Damnoſa ciemus, qui etiam precepta ipsa & instituta, quibus viuendum  
S. litterarū est, ignoramus?

§. S. Hier. epist. 2. ad Nepot. c. 8. Diuinæ Scripturæ sapientia  
lege, imò nunquam de manib; tuis sacra deponantur lecio. Dis-  
ce qd doceas, obtine eum, qui secundum doctrinam est, fidelon  
Diuina scri sermonem, ut possis exhortari in doctrina sana & contradic-  
ptura diur- tes reuincere. Tit. 1. & epistola 14. ad Celantiam cap. 4. Sim-  
ila ac no- ergo diuina Scriptura semper in manib; tuis & iugiter in me-  
eterna ma- te voluantur. Ioannis 13. v. 17. Si hæc scitis, beati eritis si faci-  
nu versan- ritis ea. Iacobi 4. v. 17. Scienti bonum facere & non facien-  
da. peccatum est illi. Nec sufficere tibi putas mandata Dei memo-  
ria. tenere & operibus obliuisci: sed ideo illa cognoscere, vt scie-  
tias, quicquid faciendum didiceris. Non enim auditores legi  
iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur Rom. 2.  
v. 13.

3.15. Latus quidem & immensus diuinae legis campus extenditur, qui diversis testimoniosis veritatis velut coelestibus quibusdam furibus vernis metra oblectatione legentis animum pascit, ac reficit. Quia omnia semper cognoscere, secundum reuelare ingens conseruandam iustitiam beneficium est. Ad quod Scripturæ studium tota epist. 103. hortatur Paulinum idem S. Hieron. Qui & epist. 4. ad Rustic. c. 5. Ama scientiam Scripturarum, & carnis virtus non amabis.

3. Sanè Saluator Ioan. 5. v. 39. Scrutamini, inquit, Scripturas & illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. S. Chrysostom. 40. in Ioan. Christus, ait, Iudeos ad scripturarum non simplicem & nudam lectionem, sed ad inuestigationem per quam diligentem relegavit. Non dixit: Legite Scripturas, sed Scrutamini, diuina n. summa diligentia diligenter, &c. Quam Scripturæ non modo lectionem, sed & scrutationem in Thessalonicensib. laudat S. Luc. Act. 17. v. 11. Nobilitas eorum, qui sunt Thessaloniciæ, suscepserunt verbum cum omnii auditate, quotidie scrutantes scripturas, si hec ita se habebant. Et eam usurpandam quinq; superstitionibus fratribus denegotui & dominati diuitis Epulonis respondit Patriarcha Abraham Luc. 16. v. 19.

3. Prater S. Scripturas earundemq; Interpp. peruvolutum decreta S. Pontificum, Concil. Canonum, libros de honesta clericorum vita, piorum hominū, de virtus detestandis, complectendisq; virtutib. tractatus, Ecclesiasticas historias, Sanctorum res gestas, & id genus monumenta alia. S. Hier. ep. 10. ad Fur. c. 4. De Scriptura, inquit, sanctis habeto fixum versuum numerum; istud perfum Dominoru[m] redde. Nec ante membra quiete concedas quam calathum pectoris tui hoc subregmine impleueris. Post Scripturas S. doctorum hominū tractatus lege, eorum dunt axat quoniam fides nota est. Non necesse habes aurum in luto querere. Quis Deo August. serm. 112. de Temp. Qui vult cum Deo semper esse free, intimus, mister debet orare & legere. Nam cum oramus, ipsi cum Deo sumus, cum vero legimus Deus nobiscum loquitur.